

Clarissimo Domino GERBERO,

Gedanensi,

SS. Theologiae Cultori indefesso

S. P. P.

TEstis esse propitia veritate possum, Optime Gerbere, quod studiis optimis in hac Academia ea industria, contentione & pertinacia incubueris, quæ non possit non singulariter laudari. Testis & est elegantissima tua hodierna disputatio, quæ rationem reddis optimis Patronis protectuum tuorum, judiciumque tuum limatum orbi literario ostendis. Planè me ea tenet spes, ut aliquando Ecclesiæ & Patriæ illustri ornamento non vulgari esse queas. Quod ut faciat is, qui animum studiaque tua moderatur, Ter Optimus terque Maximus Deus, ob Ecclesiæ suæ salutem precari nunquam desistam. Vale & pleno ad virtutem gradu in Deo porrò contende.

Dabam Rostochii

Volante Calamo

XIV. Sept. d.

Anno 1708.

JOH. NICOL. QVISTORPIUS, D.



Col. Diss. A. 166, misc 25